


Conradus Vorstius Caspar Wachendorff


Theses Theologicae, De Idololatria Romanae Ecclesiae, In cultu Sanctorum mortuorum, &c.

Steinfurti: Caesar, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746985258>

Druck Freier  Zugang





95

52^b. 6.



Ja 1092 (95.)

Tomo hoc XLVII. . continentur:

1. Dicherni Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione propempticae Academiae Genensis cum eo discederet idem Dichernus.
3. } Orationes inauouatae Academiae Ludunensis Batavoru.
Anno. 1620.
4. } Polvanderi. Walaei.
5. } Thysii.
6. } Hommii.
7. } Sinapij.
8. Rauri Pancognica Orientalibus linguis Trajecti ditta. 1693.
9. Hier. Welleri Conspitium de studio Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homilia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. — . In Christi Passionem. ibid eod.
14. Quistorpij de Vinibus liberi Arbitrii coll. Cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauenii Dominus gloria crucifixus. 1633.
16. — . De Melchisedeco e Gen. xlv. 1634.
17. Iacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. — . Analysis Capitis Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribus testibus in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. — . De Peccato originali. eod.
21. — . Synopsis Theol. Zacharianae.
22. — . ad Hebr. xiii, 8. 1643.
23. — . ad Act. xv, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
25. D. Hamelkenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoh. 1692.
27. ———. Pars II. —
28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delectu Marp. 1619.
29. ———. Ivano. per Europā Doctrina cum script. S. conformitas.
30. ———. De Apostolici nominis causis.
31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Ivang. Doctrina.
32. ———. De Catholicismo Eccl. Ivangelicae.
33. ———. De Antiquitate Relig. Ivangelicae.
34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Pinkium. 1606.
35. ———. De Analogia seu proportione.
36. Perzelius de S. Coena Stempforti 1602.
37. Jossani Theses contra Ivangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergeri Samyon redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Lucae questionum Theol. Marburgi. 1611.
40. Eolini de Generaloria Christi. ibid. 1608.
41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Peccato
de Baptismo.
43. ———. De Predestinatione. ibid. 1619.
44. ^{Compendium Annotat. Poeticum} Conradig Vorshig de Idolatria Pontificum in cultu Iurhani.
45. ———. Iste Stempfort. 1608.
46. ———. De Idolatria eorundē in cultu sanctorum.
47. ———. ———. In cultu Imaginum.
48. ———. ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roestii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Conradi Vorstii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae
Gita. Hart. Martij. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Flum.
Giesae. 1646.
52. — De Anima Flum Simplitate. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicaru. 1646.

1. 8. 3. 7.

2. 11. 4.

3. 29.

4. 38.

5. 39.

6. 50.

7. 43. 49.

8. 44. 48.

9. 47.

10. 46.

A - Q	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A
A - B	16
35	A
B - 36	A - C
A - 80	A - C
A - C	A - C
A - B	A - C
A - B	A - B
A - 8	A - K
A - 8	51
A - 80	24
40	24
128	20
72	
A - 8	
A - D	
14	
16	
32	
A - G B	
A - B	
A - C	
A - B	
A - C	
A - C	
B - 61	
A - D	

46.
43

THESES THEOLOGICÆ,
DE
IDOLOLATRIA
ROMANÆ ECCLESIAE, IN
cultu Sanctorum mortuorum, &c.

DE QUIBUS,

Adjutore DEO Opt. Max.

In Illustri Schola Steinfurteni ad diem 30. Julii
publicé disputabitur,

PRÆSIDE

REVERENDO ET CLARISSIMO VI
RO, DN. CONRADO VORSTIO SS. THEOLO
giæ Doct. & Professore ordinario.

RESPONDENTE

CASPARO Bachendorff Julia-Hinsbergensi.



Steinfurti excudebat Theoph. Casar.

ANNO M. DC. VIII.

50.
48. 49.
44. 48.
48.
46.

INCLYTIS ET GENEROSIS DO-
minis, heroica virtute, summâq; pruden-
tiâ excellentissimis:

Domino OTTONI HENRICO de Bylandt/ libero
Baroni in Rheidt/ Domino in Brompt/ & Cruchten/ &c.

Et Domino FLORENTI GODTHARDO de Böhler/
libero Baroni in Aspern & Langerach/ Domino in Sa-
defkirchen/ aulae magistro hæreditario Archiepiscopa-
tus Colonienfis, &c.

*Dominis Mæcenatibus, & Promo-
toribus suis Clementissimis.*

Item Nobilitate, multarumque rerum usu & experientia
præstantissimis viris,

Domino JOHANNI Hulhoven / &
Domino GERHARDO à Mülhströb/

*Patrimis & Fautoribus suis
perpetuò colendis.*

Denique Consultissimo Doctissimôq; viro, Dn. MAT-
THEO CARDENO Præfecto arcis Veldæ digniss.

Nec non

Reverendo viro, Dn. CASPARO Wachendorff/ Ecclesiæ DEI,
quæ est in Rheidt/ Pastori vigilantissimo, Parenti suo summè
observando,

*Primum hoc studiorum Theologorum tyrocinium suum,
in submissa perpetuâq; observantia, & grati memorisq;
animi significationem,*

Offert & consecrat:

RESPONDENS.



THESES THEOLOGICÆ,

De Idololatria Romanæ Ecclesiæ, in cultu San-
ctorum, præsertim mortuorum.

I.

PRIMA & præcipua Idololatria Papistica species ^{Transitio,}
^{in cultu Sacramenti Eucharistiæ, inq; Sacrificio Mis.} & Proposi-
^{tio.} sã, hætenus explicata est. Sequitur nunc altera, in
cultu Sanctorum Angelorum, & hominum: præ-
sertim mortuorum, à Pontifice Romano canonizatorum: atq; inter
hos speciatim aliquorum, maximè excellentium: v. g. Maria vir-
ginis, &c. His enim omnibus, in æqualem quidem, sed verè tamen,
(generatim loquendo) religiosum ac divinũ, h. e. DEI & Chri-
sti proprium, cultum quendam à Papistis exhiberi, præsentè Dispu-
tatione, cum DEO, perspicuè demonstrabimus.

2. Ubi illud initio repetendum est, quòd & nuper attigimus: nõ ^{distinctio}
de qualicunq; generali Sanctorum honore, puta politico & hu ^{duplicis}
mano, sive civili ac sociali (qualis, scilicet, inter concives Ecclesiæ ^{cultus.}
Catholica, seu conservos ac fratres in Domino, pro diversa cuiusq;
dignitate, & donis à DEO acceptis, omnino vigere debet) h. e. cul-
tu fraternæ charitatis, & reverentiæ pollicæ, in genere dictæ:
sed de speciali illo cultu, qui Religiosus, ac divinus appellari so-
let, hoc loco disputari. Vide Disputat. præcedente thes. 7, 8, 9.

3. Nam & nos, S. Angelis, item S. hominibus, tum vivis, tum ^{Legitimus}
mortuis, honorem, cultum, ac venerationem aliquam præ ^{Sanctorum}
stari posse, immò debere, omnino agnoscimus: h. e. de ipsis, ut præcla- ^{cultus.}
ris DEI servis, & verè, licet inæqualiter, iam beatis, honorificè &
sentiendum, & loquendum; eorũq; doctes ac virtutes, tum publi-
cè, tum privatim, cum laude & gratiarum actione prædicandas;
cũsq; & nobis ipsis, & aliis, ad imitationem subinde proponendas;

50.
49.
44. f. 8.
44.
176

atq; ita Deum in Sanctis ipsis laudandum, ac celebrandum esse, clare docemus. Vide Harmon. Cōf. sect. 2. & Disp pcedente thes. 14. 15.

Elenchus primus.

4. Insignis igitur Adversariorum calumnia est, cum ajunt: Sanctos omni honore, omnique veneratione, immo etiā omni gloriā & felicitate, a nobis spoliari: neq; nos ullum eis cultum, aut parvum, aut magnum, re ipsa deferre, aut deferendum esse agnoscere, &c. Vide Bellarminum de Ecclesia Triumphante, lib. 1. cap. 7. & seqq. item cap. 11. & seqq. Et confer Joh. Rainoldum, de Idololatria Romanae Ecclesiae, lib. 1. c. 6. & 7. & 8. item Calvinum, in Antidoto ad Articul. Theolog. Parisiens. artic. 13.

Secundus.

5. Immo insigne illorum, apertumq; de nobis mendacium est, cum Sanctos omnes a nobis horribiliter cōtemni, rideri, & blasphemari; nec ferē alio, quā larvarum, monstrorum, bestiarum, carnificum, &c. nomine insigniri, prorsus impudenter asserunt. Vide eundem Bellarm. in praefat. Cōtrovers. de Ecclesia Triumphante. Et confer Rainoldū lib. citato, cap. 2. & seqq.

Expositio veri status.

6. Verus igitur controversia status ante omnia definiendus est. Is autem hoc loco potissimum triplex est. Unus, de gloria & felicitate caelesti Sanctorum, sive potius de modo & mensura hujus gloriae, &c. h. e. de scientia, potentia, & operatione ipsorum Sanctorum, praesertim respectu viventium, &c. Alter, de religiosa eorundem adoratione, in specie sic dicta. Tertius, de supplice invocatione eorundem Sanctorum, praesertim mortuorum, &c. Nos enim a Pontificiis Idololatriam veram, & proprie dictam, in hoc triplici capite committi, ut constanter, ita verē asserimus.

I. P.
De Sancto-
rum scien-
tia, poten-
tia, &c.

7. Et primò quidem de gloria & felicitate caelesti Sanctorū, praesertim mortuorum, seu potius de mensura & gradibus hujus gloriae, &c. nonnulla tradunt Adversarii, quae Idololatriam quandam non obscuram in se continent. v. gr. quod Sanctos illos nō modo verē jam felices ac beatos esse, seu beatā DEI visione in caelo jam frui (quod & Nostri ultrò concedunt) sed & prorsus ἰσαγγέλως,

sive S.

sive S. Angelis aequales; immo suo quodam modo iam omniscios, & omnipotentes, item omnipraesentes esse, re ipsa quidem semper, interdum etiam verbis satis disertis, affirmant: sicut ex sequentibus abunde constabit.

8. Sed quidquid de verbis sit, res ipsa nobis inspicienda est. At ^{Sententia Pontificiorum,} re ipsa de Sanctis suis, licet mortuis, ita ut dictum est, Adversarii statuunt: quippe quibus res ac necessitates nostras, etiam occultas & internas, omnes ac singulas, accuratè notas esse; & à quibus omnium nostram preces, ubicunq; locorum fusas, specialiter & distinctè exaudiri, & DEO continentè in caelis offerri; atq; ita res humanas, omnino omnes, omni loco & tempore, particulatim inspicere, & magna cum efficacia, seu divinam quadam virtute & auctoritate, procurari docent, &c. Vide Bellar. lib. 1. cap. 2. & seqq. item cap. 15. & seqq.

9. Hinc enim sua sponte consequitur, divinas aliquot qualitates, seu proprietates, h. e. actiones & virtutes quasdam, si non ipsius Dei, quia pure Deus est, saltem Mediatoris Jesu Christi proprias, cum Sanctis illis re ipsa communicatas esse: & proinde fidem, ac spem nostram, in ipsis, tanquam aliquatenus omniscios, & omnipotentibus, & ubique praesentibus, humani generis Advocatis ac patronis, immo totius Mundi Rectoribus, ac Diis tutelariis (uti Paulus Jovius lib. 24. hist. eos solenniter appellat) omnino collocandam esse, &c. ^{Eiusdem porismata.}

10. Jam sine dubio manifesta idololatria est, etiam per se seorsim accepta, h. e. absq; externa adoratione, & invocatione, absolute spectata: sicut ex sequentibus amplius adhuc constabit. Vide interim Esaiam 42, 8. & seqq. Jerem. 17, 5. & seqq. Item Matth. 28, 18. & Joh. 5, 27. & seqq. & 16, 23. &c. Rom. 8, 34. & 10, 14. &c. Ubi praedicta virtutes, & actiones, soli DEO, & Christo, in solidum adscribuntur: & proinde cum aliis incommunicabiles esse docentur. ^{Refutatio.}

11. Fatemur nos quidem, S. Angelos omnino in se beatos & gloriosos esse, & faciem DEI semper in caelo videre: item non modo ^{Sententia nostra de S. Angelis affirmativa.}

res nostras in genere cognitas semper habere; sed interdum etiā,
cum de caelo extra ordinem demissi, inter nos familiariter versan-
tur, in specie ac distincte (sed successive tamen, & particulatim, p
loco & tempore) necessitates ac preces nostras intelligere: nostramq;
salutē, & temporale, & aeternā, semp ex animo scire, & reipsa sa-
pissimē procurare, &c. put Psal. 34, 8. & 91, 11. Dā. 10, 5. & d. itē Mat.
18, 10. & 28, 20. & seqq. Luc. 2, 10. & d. & 15, 10. Act. 1, 10. & d. & 10,
3. Heb. 1, 14. & passim alibi, praesertim in Apocalypsi, videre est.

Sententia
negativa.

12. Interim meritō negamus, eosdem Angelos vel omnisci-
os, vel omnipotentes, vel ubique praesentes, humani generis
patronos, aut mundi gubernatores esse: h. e. omnes omnino res no-
stras, etiam internas animorum cogitationes, idq; in specie seu di-
stincte, & quidem semper, exploratas habere: aut quibusvis quo-
rumvis hominum negotiis, ordinariē quidem ac continuō, in per-
sona propria, interesse: siue omnibus ubiq; piis, nedum omnibus o-
mnino hominibus, ubiq; locorū degentibus, substantialiter & sin-
gulatim adesse; atq; ita iis omnibus ubiq; & semper opitulari posse,
&c. quippe qui veræ & meræ creaturæ sint: eōq; ut essentia, ita
& scientia, ac potentia, planē finita ac circumscripta: quiq; ex-
tra hunc mundum, in caelo beatorū, ordinariē degant: atq; ita, spe-
ciatim loquendo, nobis, in hac mortalitate constitutis, pro absentib;
habendi sint, &c. sicut ex locis modō citatis abundē patet.

De Sanctis
mortuis.

13. Ad Sanctos autem mortuos quod attinet, tamen si ipsos
etiam suo modo beatos esse non dubitamus (juxta illud Apocal.
14, 13. Beati mortui in Domino, &c.) eorumq; animas verē
immortales, & iam in caelestem paradysum translatas esse, non ne-
gamus (juxta illud Luc. 23, 43. Hodie mecum eris in paradiso,
&c.) non tamen eum beatitudinis modum ac gradum, siue glo-
ria caelestis mensuram ac copiam illam, quam Pontificii solent,
eisdem attribui posse concedimus.

Distinctio
duplicis
beatitudinis.

14. Non enim verē jam nunc plenam & perfectam, sed tan-
tū in-

etiam inchoatam quandam & imperfectam felicitatem, hoc intermedio tempore, ipsis assignamus: nec eosdem iam re ipsa prorsus $\text{ισαυτ\epsilon\lambda\theta\epsilon\varsigma}$ esse, sed olim demum, in beata resurrectione, tales futuros esse, ex ipso fidei verbo asserimus. Vide *Matth.* 22, 23. & seqq. *Luc.* 20, 36. Et confer *Rom.* 2, 16. & *1. Cor.* 15, ferè toto. Item. *2. Cor.* 5, 10. *Gal.* 6, 9. *Coloss.* 3, 3, 4. & *2. Tim.* 1, 18. & 4, 8. & *1. Pet.* 1, 7. & 4, 13. & 5, 4. & *1. Joh.* 3, 2. & c. Ubi plena Sanctorum felicitas, & verè celestis gloria, in diem resurrectionis aperte rejicitur.

15. Immò verò Sanctis mortuis, quantumvis excellentibus, omnem omnino (puta distinctam & specialem) rerum humanarum scientiam, ac procurationem, omnemq; particulare circa easdem operationem, sive actualem de iisdem memoriam, & sollicitudinē, eòq; in primis ipsam cordium nostrorū inspectionē, in Scripturis simpliciter adimi, simpliciter affirmamus.

Mortui res nostras nec sciunt, nec curant.

Vide, inter alia Scriptura loca, hæc sequentia, *Eccles.* 9, v. 5. & 10. Mortui non sciunt quidquam: videlicet, quidquam eorū, quæ sub Sole fiunt, & c. Item, in morte nec scientia, nec cōsiliū, nec operatio est, & c. *Jobi* 14, v. 21. Nesciunt mortui, utrum filii ipsorum exaltentur, an humiliantur, & c. Sic *2. Reg.* 22, v. 20. Josias mortuus non rescivit malum, posteris suis immissum, & c. & Ezechias idem beneficium à DEO precibus impetravit *2. Reg.* 20, 19. & seqq. Sic Ecclesia tota apud *Esa.* 63, v. 16. Abraham, inquiūt, nescit nos, Israël ignorat nos, & c. Vide etiam *Psal.* 6, v. 6. & 30, 10. & 88, 11. & 115, 17. & 146, 4. Itē *Esa.* 38, 18, 19. In morte non est memoria tui, & c. Item, Non mortui, sed vivi laudabunt te, & c. Item, In morte pereunt omnes cogitationes hominis, & c. Deniq; vide *Joh* 9, 4. Venit nox (h. e. mors) in qua nemo quidquam operatur, & c. Sic *Gal.* 6, 10. Dum tempus habemus (h. e. dum sumus in vita) benè operemur, & c. Sic *Hebr.* 4, 10. Qui ingressus est requiē suam (vel potius, ipsius, nempe DEI) quiescit ab operibus suis, & c.

Probatio ex Scripturis.

50.

49.

44. 48.

44.

45.

is, &c. Deniq; Apoc. 14, 13. Mortui beati quiescunt à laborib.
suis, &c. Atq; hæc in presentia sufficient.

Conclusio
primæ par-
tis.

16. In summa: Sancti mortui nihil in specie de nobis, aut ne-
cessitatibus nostris, cognitum vel exploratum habent. S. Angeli
verò, nec semper, nec ubique particularem hanc notitiam ha-
bent. Neutri deniq; $\kappa\alpha\pi\delta\iota\sigma\tau\upsilon\omega\varsigma$ $\alpha\iota$ sunt. Hæc enim virtus DEI &
Christi propria est. Itaq; neutris ea rerum nostrarum scientia, eaq;
circa easdem efficacia, & potentia, siue efficax & potes procu-
ratio, quam Pontificii volunt, attribuenda est. Et consequenter
nulla ejusmodi fiducia seu fides ac spes, in ipsis collocanda est, cu-
jusmodi non nisi in solo Deo, aut saltem in mediatore Jesu Chri-
sto, sine aperta Idololatria, collocari potest.

2. P.
De Sancto-
rum adora-
tione.

17. Sequitur altera hujus Idololatriæ species, qua in adorati-
one Sanctorum, præsertim mortuorum, tum interna, tum maxi-
mè externa, consistit; quæq; necessariò ex illa prima iam dicta spe-
cie proficiscitur. De hac enim Pontificii expresse docent: eam nõ ci-
vilem ac socialem, seu politicam & humanam, quantum vis
generaliter acceptam; sed omnino sacram & religiosam (mino-
rem quidem illà merè divinà, quæ solius Dei, & Christi propria
fit; sed tamen humanà & politicà omni longè excellentiorem, seu
plus quàm civilem (etiam latissimè sumtam) esse oportere: quã
ipsi uno nomine Dulian, & respectu Mariæ virginis, Hyperdu-
lian usitatè appellare; & Latriæ, tanquam alteri speciei Religiosæ
cultus, opponere solent. Vide Bellarm. lib. 1. c. 11. & seqq.

Recensio
aliquot
specierum
ejus.

18. Hanc autem Religiosam Dulian (quam & $\delta\pi\sigma\kappa\epsilon\iota\alpha\varsigma$ appel-
lare possumus, ex loco Coloss. 2, 18.) præsertim externam & publi-
cam, ipsi per species aliquot copiosè declarant, ubi de Sanctorum ca-
nonizatione disserunt: dum non modò Sanctis illis, quasi iã deifi-
catis, suppliciter serviendum, usq; sacras imagines ac statuas, so-
lennter in Templis erigendas; sed & ipsorum Reliquias (de qui-
bus suo loco plura) ibidem ad cultum adservandas esse: nec ipsos tã-
tùm pro

nam pro Advocatis & patronis caelestibus apud Deum habendos sed & Tempa, & Altaria, & dies festos, ad cultum ipsorum constituendos, & vota iisdem nuncupanda, & juramenta per ipsos concipienda: si ve ipsis immediate votendum, & per ipsos religiose jurandum; & alia ejusmodi quaedam, ad divinum cultum omnino pertinentia, iisdem prestanda esse, perspicue docent. Vide eundem Bellarminum lib. 1. cap. 7. & seqq. item lib. 3. c. 8. 9. & 13.

19. Ex quo intelligi par est, Adversarios omnino divinum ac Religiosum cultum Sanctis suis exhibere: & licet interdum ver-
bis hunc cultum vere divinum esse negent, re ipsa tamen id ipsum non obscure profiteri: dum per inductionem praecipuarum specierum, quas paulo ante aliquatenus expressimus, ipsum genus plenarie demonstrant. Vide Disputat. precedent. Thesi 7. & 8. & 9. ubi species istas omnes & singulas ad divinum cultum pertinere probavimus.

20. Similiter de Invocatione Sanctorum (qua tertia hujus Idololatriae pars est) aperte docent Adversarii, non modo Sanctos Angelos, sed & homines mortuos, praesertim a Papa Romano canonizatos, non quidem ut primarios beneficiorum Auctores, seu primos & absolutos largitores (qualis solus Deus est) neque ut veros Redemptionis mediatores, seu propitiatores, ac Salvatores primarios (qualis solus Christus est) sed tamen ut veros Intercessionis Mediatore, & patronos nostros secundarios apud Deum, & quidem ut caelestes $\kappa\alpha\pi\delta\iota\omicron\gamma\iota\omega\varsigma$ ac, immo quodammodo omnipotentes & omniscios protectores nostros (qui non modo precibus, sed & meritis suis, plurimum nos apud Deum juvare possint: & res nostras universas in specie norint: & pro nobis singulis apud Deum distincte ac particulatim intercedant: atque ita suis ipsorum viribus, semper & ubique nobis succurrere & velint & possint, &c.) suppliciter a nobis invocandos esse. Vide Bellarminum lib. 1. c. 15. & seqq. & lib. 3. c. 8. & seqq.

Conclusio
secundae
partis.

3. P.
De Invo-
catione
Sanctorum.

Compre
hensio 3.
partium.

21. In summa: non modò S. Angelos, sed & homines fideles, in Christo mortuos, præcipuè verò à Papa canonizatos, utpote jam prorsus ἱσαὶ ἑλάς, pro secundariis nostris apud Deum mediato-ribus, seu gloriosis & omniscis protectoribus, h. e. potentiissimis simul & clementissimis patronis, & quasi minorum gentiū Diis, seu divinis Mundi Reçtoribus, omnino nobis habendos: eorūq; non modò suffragia, sed & merita, & immediata auxilia, in omni necessitate suppliciter imploranda esse: & propterea ipsos quoq; Religioso illo cultu adorationis, cujus species aliquot supra expressimus, tum interno, tum externo, tum publicè, tum privatim, à nobis afficiendos esse, perspicuè passim Adversarii docent: sicut ex infra dicendis amplius apparebit.

Hyperoche
Mariæ vir-
ginis.

22. Hic verò S. Mariæ virgini singularem & eximiam quãdam prærogativam attribuunt, quippe quam non modò prorsus integram & puram, h. e. absq; omni originali peccato, jam olim cõceptam & natam (unde festum conceptionis Mariæ, &c.) sed & deinde vivam in caelos translata, & ibidè longè supra omnes omnium Sanctorum hominum, & Angelorum, ordines exalta- tam (unde festum Assumptionis Mariæ, &c.) eòq; pro gloriosissi- ma Coeli Regina, & excellentissima generis humani patrona, sive Advocata, & Mediatrix, immò totius mundi gubernatri- ce, omnino habendam; ad eusq; gratiam, & auxilium, in omni necessitate secure nobis confugiendum; deniq; ipsam prorsus eodem cultus genere, quo Naturam Christi humanam, nempe cultu Hy- perdulix, à nobis afficiendam esse, disertè tradunt, &c. Vide Bel- larminum locis supra citatis: & præterea in lib. de Orat. cap. 15. &c. Et tantum de doctrina ipsorum, seu propria confessione.

Praxis Pa-
pistica in
hoc cultu
Sanctorū.

23. Verum si ad praxin illorum quotidianam veniatur, tum I- dololatriam Papticam, præsertim in utroque hoc posteriore capite, longè adhuc manifestius cernemus. Hæc enim clarè testatur, supra dictas illas differentias inter Latriam & Dulian, sive Hyperdulian,

Hyperdulian, interq; Mediatores Redemptionis, & Inter-
cessionis, sive inter Advocatos primarios, & secundarios,
& c. non solum à vulgo Papistarum, sed à pleriq; etiam doctissimis,
& spectatissimis viris, aut planè non intelligi, aut minimè curari:
sed revera sanctos ipsos, præsertim canonizatos (h. e. deificatos) eo-
dè cultus genere, q; soli DEO & Christo debetur, ab iisdè affici, & c.
Exempla de multis pauca pferem: ut res tota plenius innotescat.

24. Et primum quidem esto, de Adoratione Sanctorum, præ-
sertim externa & publica. Dum enim coram istis, ut aliquatenus
omniscis, & omnipotentibus Mundi Receptoribus, & c. & intus in
animo, & foris in corpore, se ipsos ita demittunt, ut sese totos, suaq;
omnia, ad religiosum honorem & cultum illorum suppliciter præ-
sentent: ipsiq; Tempa, Altaria, & Festa palàm constituunt, vota
religiosa nuncupent, sacrificia laudis ac confessionis, item thymi-
amata & anathemata suppliciter offerant, pèrg; ipsos solemniter
jurent, & c. immò coram ipsorum imaginibus ac statuis procum-
bant, & reliquias eorundem adorent, & c. dum ista, inquam, quo-
tidie faciunt, & sic quidem, ut ista omnia immediate & termina-
tive (prout disertè Bellarminus fatetur) seu proprie, & per se, ad Sã-
ctos ipsos referantur: nonne ex his Deos, ac Christos quosdam
(minorum Gentium saltem) re ipsa efficiunt? & sic fictivum illud
Latriæ, & Dulæ, itèmq; Hyperdulæ, discrimen omnino tollunt?

In adorati-
onc.

25. Hac enim omnia, quæ vulgò omnes rigidi Papista, in cultu
Adorationis Sanctis suis, & privatim & publicè, præstare solent,
ad cultum verè divinum, tanquam ejusdem species, seu partes es-
sentialis, revera pertinere (ac proinde totidem vera Idololatriæ
species hoc loco censendas esse) jam antè Disputat. præcedente, non
obscurè probavimus. Vide illic Thesi 7. & 8. & 9.

Quæ idola-
latriæ
convincit-
tur.

26. Alterum esto, de Invocatione eorundem Sanctorum. Dū
enim istos omnia & singula nostra distinctè scire, & res humanas
particulatim curare, omnibusq; ubiq; invocantibus opitulari &

Item in In-
vocatione.

posse, & velle, palam profitentur: ac proinde ad ipsorum non modo intercessionem, seu preces & suffragia, sed etiam propria vereq; condigna merita, & immediata auxilia, quotidie confugiunt: seq; ipsos & sua omnia in peculiarem illorū fidem ac tutelam secure tradunt: immo quidvis à singulis ipsorum immediatè & directè flagitant (nisi quod peculiaria quadam patrocinia & solatia, nempe pro diversitate Regionum, populorum, vocationum, officiorum, artium, morborum, aliarumq; rerum, ac statuum, inter homines occurrentium, &c. à diversis singulatim expetunt) dum hoc, inquam, ita faciunt: nonne aliquatenus illos pro veris caelestium simul & terrestrium beneficiorum Auctoribus agnoscunt? aut saltem pro eiusmodi Patronis, ac Mediatoribus, qui non modo precibus, sed & meritis, ac viribus suis, omnia mala profligare, & omnia bona prestare nobis & possint, & velint?

Quæ & ipsa
Idolo-
latriæ con-
vincitur.

27. Hac enim omnia, qua sub isto Invocationis cultu continentur, ita comparata sunt, ut, si non ipse Deus (quatenus originalis fons, sive supremus Auctor, ac primarius largitor omnium bonorum est) saltè ipse Iesus Christus, quatenus Mediator est Dei & hominum, propria censeatur: sicut ex iis Scriptura locis abundè patet, ubi de propria Dei, & Christi Mediatoris Invocatione, deq; propriis utriusq; opibus, ac beneficiis, & ut sic dicam, officiis, expresso agitur. Vide obiter Psal. 50, 15. & 91, 15. & 145, 18. Itè Joh. 14, 13. & seqq. & 16, 13. & seqq. itè Rom. 8, 34. & 10, 13. Heb. 7, 5. & 9, 24. & 10, 5. & seqq. itè 1. Tim. 2, 5. & 1 Joh. 2, 2. & passim alibi.

Praefertim
ex propriis
Christi of-
ficiis.

28. Ubi in primis accuratè observandum est, Jesum Christum, non Redemptionis tantum, sed & Intercessionis (nempe universalis illius, simul & particularis, sive caelestis & gloriosa, sempèrque efficacis, & minimè reciproca: de qua sola nunc loquimur) respectu sive intuitu, solum atque unicum

unicum Mediatorem in S. literis appellari: adeoq; Inter-
cessionem hanc in illa Redemtionem, tanquam effectum quod-
dam in sua propria & continente causa, perpetuo fundari: deniq; u-
tramque simul in una Christi persona, tanquam inseparabilis u-
nius Sacerdotalis officii partes, semper ac necessario coniungi. Vi-
de loca iam modo citata. praesertim Rom. 8, 33, 34. & Heb. 7, 25. & c.
& 9, 24. & seqq. item 1. Tim. 2, 5, 6. & Joh. 2, 23. & c.

29. Unde jam perspicue constare potest, istam Papisticam San- Conclusio
generalis.
ctorum Invocationem, perinde ut priorem illam adorationem,
omnino Idololatricam esse: ut quæ propria Dei, Christi q; offi-
cia, seu beneficia, & consequenter utriusq; proprios honores, ad cre-
aturas simplices ac meras, immo ad creaturas mortuas, rerum no-
strarum minimè conscias, imprudenter simul & injustè transfe-
rat: nec proinde ullo modo per mutuam vivorum pro se invicem
intercessionem, ac reciprocam piorum inter se dilectionem, & c. ex-
cusari possit. Id quod Inductione multorum exemplorum, præ-
sertim ad peculiare quosdam Divos ac Divas singulariter spectan-
tium, liquidò & copiosè hic demonstrari posses.

30. Sed ne prolixitas exemplorum tadium pariat, de cultu & Illustratio
per exem-
pla cultus
Mariani.
invocatione S. Mariæ pauca tantum afferemus: & quidem has
preulas vulgò notas: Maria mater gratiæ, mater misericor-
diæ, Tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe, & c. I-
tem, Ave maris stella, DEI mater alma, felix cœli porta,
Solve vincla reis, profer lucem cæcis, Monstra te esse ma-
trem, & c. Item, Tu spes certa miserorum, vera mater Or-
phanorum, tu levamen oppressorum, medicamen Infirmorum,
Omnibus es omnia, & c. Item, Regina cœli latere, & c. Item, Hæc est mulier virtutis, quæ contrivit caput
Serpentis, & c. Item, Maria nostra spes, vitam nobis des, & c.
Item, Maria sis propitia, Maria dele vitia, Maria placa Fili-
um, Maria claude Tartarum, & c. Ubi nemo non videt, ab i-

*psa Virgine (licet olim mortua, & rerū nostrarū minimè conscia)
directè & immediatè, tanquā à vera Mundi Domina, & largi-
trice omnium bonorū, suppliciter ea peti, q̄ DEI & Christi propria
sunt. Sextièta licet ejusmodi p̄ferre ex Hortulis animæ, itē, Rosa-
riis, Horis, & Litanis Marianis, aliusq̄ id genus Papistarū libris.*

Exempla
Psalterio
Mariano.

31. *Inimò tandem huc insania ventum est, ut totum Davidis
Psalterium, ad S. Mariam, tanquam Dominā cœli & terræ,
prorsus omnipotentem, impiè detorsissent. Unde etiam paucula
delibanda sunt. Sic igitur de illa, & ad illam, hic loquuntur. Psal. 2.
Venite ad eam omnes, qui laboratis, &c. quia misericor-
diā ejus plena est omnis terra. &c. Psal. 6. Non Mortui lau-
dabunt te Domina; sed qui tuā gratiā vitam æternam ob-
tinebunt, &c. Psal. 11. Tu sola gyrum terræ circumis, ut sub-
venias omnibus invocantibus te, &c. Psal. 30. In te Domi-
na speravi, non confundar in æternū. Tu fortitudo mea,
refugium meum, &c. In manus tuas, Domina, commen-
do spiritum meum. Psal. 50. Miserere mei Domina, & mū-
da me ab omnibus iniquitatibus meis, &c. Psal. 53. Domi-
na in nomine tuo saluum fac me, &c. Psal. 71. Deus judiciū
tuum Regi da, & misericordiam tuā Reginae, matri ejus,
&c. (nempe, ut Gabriel Biel, in Lect̄ super canon. dimidium Re-
gni DEI, h. e. regnum Gratia & misericordia, S. Mariae datam es-
se, contendit) Psal. 94. Venite exultemus Dominae nostræ, ju-
bilemus virgini Salvatrici nostræ. Adoremus eam, & pro-
cidamus ante eam, &c. Psal. 98. Maria super Cherubin sedet
à dextris DEI, &c. Psal. 109. Dixit Dominus Dominae meæ,
fede mater mea ad dextrā meā, &c. Sextenta etiā talia hinc ci-
tari possent. Sed p̄ horrore horrendas hasce blasphemias abrumpo.*

Contra ef-
fugia Papi-
sticæ.

32. *Ubi iam, quaeso, compārent illa fictitia differentia, inter La-
trian, & Hyperdulian? inter largitorem, & mediatorem?
inter Salvatorem, & intercessorem, &c? Nonne hīc aptissimè
omnes*

omnes ipsius Dei, & Christi proprietates, h. e. propria virtutes & operationes, directè ad ipsam Mariam, & quidem mortuam, trāsferuntur? Nōne ipsa perspicuè, ut totius Mundi Domina, & cœli Regina, καὶ ἑξολω̄ ita dicta, item, ut totius Mundi Salvatrix, & Governatrix, & quidem verè omnipotens, ad dextrā Dei sedens, omnia peccata mundans, & vitam aternā conferēs, & quidem in nomine suo salvans, &c. palām hīc religiosè adoratur, & invocatur? immò ut Dea quadam, Christo par (quippe cum quo universum D E I regnum partita est) immò Christo superior (quippe mater D E I, immò etiam totius S. Trinitatis, pro ut in Missali Polonico, teste Andr. Dudithio, habetur: & proinde jure matris imperans, &c.) merè divinis honoribus afficitur? Hīc igitur exclamare licet: O seclūm insipiens & infacetum!

33. Fortè quis excipiat, hæc exempla tantūm de S. Maria virgine hæctenus allata esse: in cuius veneratione modūm nonnihil exceßerint homines nimium pii, &c. Neq̄ enim dubium ullū est, omnino similia quadam de aliis quibusdam Sanctis, etiam iis, qui pro verè Sanctis haberi non possunt, ex libris Adversariorum pferri posse. Unde crassa ipsorum idololatria, in hoc quidem genere, tantò clariùs adhuc elucescet. Vide, compendii causa, Chemnitium in Exam. Concil. Trident. par. 3. ubi exemplorū affatim invenies.

Alia exempla hujus Idololatriæ.

34. Sed de S. Francisco, & S. Dominico, duorum inter Monachos ordinum celeberrimorum auctoribus, quadam adhuc nominatim citemus. De illo (homine planè superstitioso, & rudissimo Idiota) in libro Conformitatum, à Pontificibus solenniter approbato, inter alias blasphemias, hæc leguntur: quòd ipse sit Jesus, seu Servator typicus: habens impressa sibi corporaliter quinque Christi vulnera: immò quòd Christo per omnia sit assimilatus: gloria & honore coronatus: & super opera manuum D E I constitutus: item, in lucem gentium datus: D E O unitissimus: universæ creaturæ præfectus: Angelis & Archangelis,

De S. Francisco.

50.

49.

44. 48.

47.

46.

Archangelis similis in meritis, &c. Unde & preces ista pro-
fus idololatrica, ad S. Franciscum directæ: ò Francisce lux solaris,
crucifixus singularis, jam cum Christo gloriaris: Tu sis
nobis vitæ via: Tu pro nobis semper pia, prode Christo
stigmata, &c. Item, Francisce Jesu typice, dux nõrmaq; mi-
norum, sedes nobis perpetuas da regni cœlorum, &c. De-
niq; ex Francisco novum quendam Christum sibi fabricant adeoq;
meritis & gratia illius confidunt, ut omnes, in cuculla Franciscana
morientes, sine dubio salvari asserât, &c. Vide ampliùs apud Phil.
Mornæum, lib. 3. de Eucharist. c. 17. sub finem.

De S. Do-
minico.

35. De S. Dominico verò (in signi Carnifice, h. e. piorum Al-
bigensium crudelissimo persecutore) inter alios Antoninus, Ar-
chiepiscopus Florentinus, part. 3. Tit. 23. multas insignes blasphe-
mias consarcinavit: ut suum hunc divinum patronum, atq; ordi-
nis Magistrum, S. Francisco etiam superiorem esse doceret: quippe
eui omnem potestatem, cœlestium, terrestrium, & infero-
rum, communicatam esse; quemq; idcirco à Christo Do-
mino, singulariter Dominicum appellatum esse, dicit: im-
mò quem ipsi Domino Jesu Christo, in nativitate, mini-
sterio, miraculis, passione, gloriâ, &c. per omnia ferè æqua-
lem efficit: de quo denique inter alia narrat, imaginem i-
psius, unâ cū imagine S. Pauli, Venetiis in Templo S. Mar-
ci inventam esse, cum hac utriusq; inscriptione: Per Paulū
itur ad Christum: sed faciliùs per istum, h. e. S. Dominicū,
&c. Vide plura apud Mornæum, loco paulò antè citato.

Recapitu-
latio totius
materiae.

36. In summa: multiplex & planè detestabilis, in hoc Papistico
Sanctorum cultu, Idololatria committitur. Nam 1. divina que-
dam omniscientia, h. e. distincta & specialis omnium rerum hu-
manarum notitia, immò & καρδιωγωγία, seu cordiū inspectio, &c.
aperit illis tribuitur. 2. Similis quaedam omnipotentia, sive o-
mnipotens rerum nostrarum procuratio, ac divina gubernatio, inf-
dem adferi-

dem adscribitur. 3. Quaedam etiam omnipraesentia seu plurimis simul in locis assistentia, & immediata ibidem operatio, iisdem attribuitur. 4. Suppliciter ipsi, licet absentes & mortui, apud imagines ac statuas suas adorantur. 5. In necessitatibus omnibus, non ut impetratores tantum, sed etiam ut largitores, humiliter invocantur. 6. Fiducia cordis in ipsis, ut caelestibus patronis, & mediatoribus apud Deum, collocatur. 7. Sacrificia laudis, & Eucharistiae, item thymiamata, & Anathemata, ipsis offeruntur. 8. Templata ipsis exstruuntur, & nominatim ipsorum cultui dedicantur. 9. Altaria ipsis, eodem fine, consecrantur. 10. Dies sacri, seu festi, ad cultum ipsorum sanctificantur. 11. Juramenta per ipsos, ut veros καρδοζωα-
525, concipiuntur. 12. Vota sacra iisdem nuncupantur, & re ipsa praestantur, &c. Quae quum singula, seorsim etiam spectata, Idololatriam manifestam per se arguant, quanto magis omnia simul accepta?

37. Non mirum igitur, Ludovicum Vivem (licet alioqui Papistam, sed verecundum & modestum) in comment. ad Augustinum. de civit. DEI, lib. 8. cap. ult. disertè ita scribere: Multi Christiani (hæc omnes rigidi Papistæ) Divos Divasq; nõ aliter venerantur, quàm ipsum Deum. Nec video in multis, quod sit discrimen inter eorum opinionem de Sanctis, & id quod Gentiles putabāt de suis Diis, &c. Hæc ille. Similia habet Caspander in Hymnis & Scholiis suis, item in colloquio quodam de Invocatione & cultu Sanctorum, &c. & Hoffmeisterus in locis communibus. In primis autem Erasmus passim in scriptis suis, praesertim in colloquiis de Naufragio, deq; peregrinatione Religionis ergo. Ubi facete idololatriam hanc traduci t.

38. Neq; verò solùm pleriq; omnes ex imperita plebe, sed etiam qui inter paucos eminent, maximi Doctores, Prælati, Episcopi Põtifices ipsi, suos Divos, Divasq; in Deos Deasq; re ipsa commutarunt. Nam & in Oecumenicis Conciliis, pro eo, quod nos Deum Patrem, in nomine Jesu Christi precamur, ut Spiritu suo S. no-

Confessio
proborum
Papistarum.

Apotheosis
Sanctorum
in Papatu.

bis assistat, illi S. Mariam, ut cœli, terræ, & maris universi D^{omi}nam, immo & alios quosdam Sanctos, pro impetranda hac gratia, invocare soliti sunt. Vide Acta Concilii Lateranensis, & C^{on}stantiensis, & Trid^{enti}ni, &c. Et in epistolis Bembi, nomine Pontificis Leonis X. conscriptis, Maria disertè Dea vocatur. Vide lib. 8. epist. 17. Quod elogium & J. Lipsius in Diva sua Hallensi, & Aspricollis, nō semel eidē tribuit. Et Paulus Jovius, lib. 24. historia, DIVOS in genere (ut suprà vidimus) Deos tutelares appellat, &c.

præsertim
S. Mariæ.

39. Immo quoties Adversarii Mariam, Cœli Reginam (ut Judæi olim suum quoddam Idolum, Jerem. 44, 17) indignant, toties re ipsa Deam appellant. Nempe, quia veri DEI proprium epithetum est, Rex Cœli, Dan. 4, 37. Idemq; faciunt, quoties illam, per Christum Mediatorem, velut ipsa inferiorem, invocāt. v. gr. cum J. Lipsius inquit ad Divam Hallensem cap. 12. Effice, ut te duce & directore ad vitam æternā veniamus: quod per illum, quem genuisti, te, quæ genuisti, precamur, ô Diva Divarū, &c. Deniq; universo cultu suo, qui merè divinus est, & ipsam Mariam, & alios quosdam Divos, Divasque, revera deificavit. V. gr. cum ordinariè Mariam in precibus suis, DEO sociam, velut ipsi dicunt, confortem adjungunt: ut, cum Bellarminus, Valentianus, Pererius, aliq; Jesuitæ, solenniter in fine suorū operū ajunt: Laus DEO, virginique matri Mariæ, &c. pro eo, quod more Apostolico dicendum erat, Soli sapienti DEO sit gloria, per Jesum Christum, &c. Vide Rom. 16, 27. Ephes. 3, 20, 21. Apoc. 5, 13. & 7, 10. & seqq.

Summa
objectio.
num, &c.

40. Caterum Objectiones, itémq; Exceptiones Adversariorum, quæ jam antè sparsim indicatæ sunt, quæq; plenius in ipso conflictu diluentur, hæc ferè præcipue sunt. 1. Sanctos in cœlo regnantes, tum ex ipsa clara DEI visione, tum ex continua Angelorum relatione, & quavis simili patefactione, res nostras accuratè cognitas habere: eorūq; juvare nos posse. 2. Eosdē ardente in nos charitatē propendere.

pendere; utpote fratres in Domino, & membra ejusdem mystici corporis: eoque juvare nos velle. 3. Eosdem adeo nunc DEO conjunctos ac charos esse, ut precibus ac meritis suis ab ipso quidvis obtinere possint. 4. Adeo etiam esse potentes ac gloriosos, ut suis cultoribus facile ubique subvenire queant. 5. vivos, licet peccatores, imperfecta charitate praeviditos, pro vivis aliis orare & posse, & debere: multo igitur magis sanctos, & beatos, in Paradiso degentes, id praestare. 6. Non utile tantum, sed & necessarium nobis esse, ut alii sanctiores apud Deum pro nobis intercedant. 7. Hujus universae rei mandata simul & exempla in S. literis extare. 8. Sanctos non adorari cultu latria, sed tantum dulia: neque invocari ut largitores beneficiorum, sed tantum ut impetratores: & proinde cultum ipsorum non esse idolatricum. 9. Eosdem non pro Redemptionis, sed tantum pro Intercessionis Mediatoribus haberi: eoque per invocationem ipsorum nihil Christo derogari, &c. Vide Bellarm. lib. 1. de Eccl. Triumph p tot.

41. Sed Responsio expedita & facilis est: sophisticam hanc multiplicem admitti, maximè triplicem. 1. Elenchi ignorationem, dum à vero quaestionis statu saepe receditur, & à genere uno ad aliud subinde transitur, puta à vivis ad mortuos, à cultu civili ad religiosum, &c. 2. principii petitionem, dum multa de Sanctis mortuis falso sumuntur, qua nec auctoritate S. Scripturae, nec sanà ratione probari possunt: immò dum verbis non pauca hinc negantur, quae re ipsa in Papatu fieri certum est. 3. syllogistiam, seu consequentis fallaciã, dum res diversa temerè confunduntur, dumque multa speciosè astruuntur, quibus, licet concessis, Adversariorum causa nihil omnino juvari potest, &c. Sed hac in ipsa collatione, DEO favente, melius exponemus. Hic enim thesium modus servandus est.

42. Ad summam: Cultus ille Sanctorum, praesertim mortuorum, qui haectenus in Ecclesia Romana viget, non modo nullo Dei mandato, nullòque promisso, nullo denique Sanctorum V. ac N. T. exemplo nititur: unde saltem utilem, ac licitum, si non necessarium esse,

Summa re-
sponsonum.

Epilogus.

constare queat: sed & multis S. Scriptura locis, praesertim ubi de
vera DEI, & Christi adoratione, atq; invocatione agitur, aperte
repugnat: ita ut prorsus illicitus, ac noxius, adeoq; vere idololatri-
cus esse, seu debeat: sicut ex antè disputatis abundè patet.

Querela &
votum

43. Verè igitur de Adversariis usurpari potest illa DEI que-
rela, apud Jerem. 2. v. 13. Foderunt sibi cisternas confractas,
aquam continere non valentes Item v. 28. Secundum nu-
merum urbium tuarum (immò Templorum, Sacellorum, Ab-
sariam, &c) sunt Dii tui. Immò (quod cap. 11. v. 13. additur) Se-
cundum numerum platearum tuarum posuisti aras con-
fusionis; ad suffiendum Thus ipsi Baali, &c. Quod ut ipsi iã-
dem unã nobiscum agnoscant, & deinceps seriò emendent, faxit
Deus in Christo Jesu, per Spiritum suum S. Cui soli sit honor &
laus in secula. Amen.

Epiphanius haeresi 79. contra Collyridianos.

REVERA Sanctum erat corpus Mariæ: non tamen Deus. Revera vir-
go erat ipsa & honorata: non tamen ad adorandum nobis data: sed ipsa
adorabat eum, qui ex ipsa secundum carnem genitus est, &c.

Item, neque Elias adorandus est, etiam si in vivis sit, neque Johannes ado-
randus, neque quisquam Sanctorum. Si Deus Angelos adorari non vult, mul-
tò minus Mariam? &c.

Item, Compescantur à Jeremia (cap. 44, 17.) tales faminae (videlicet quæ
Mariam adorabant) & ne dicant, honoramus Reginam Cœli, &c.

Item, Sit in honore Maria: sed Pater, Filius & spiritus S. adoretur. Mariam
nemo adoret: non dico mulierem, immò neque virum. DEO debetur hoc
mysterium. Neque Angeli capiunt talem glorificationem, &c.

Cyrillus Alexandr. contra Jul. lib. 6.


SANCTOS martyres neque Deos esse dicimus, neque adorare consuevimus.


Laudamus autem eos summis honoribus, quòd pro veritate strenuè cer-
tarunt, &c sicut mos Athenis olim factus est, ut eos anniversariis laudibus
coronarent, qui in Marathone periclitati, & cum exercitu Xerxis confli-
gentes, nobili morte occubissent, &c.


Augustinus de vera Religione cap. 55.


Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum, &c. Honorandi sunt
propter imitationem non adorandi, propter religionem, &c.


FINIS.

















IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixi sumus, nulla flagitat necessitas: unico igr
ur: quicumq; habitus philosophicus non est practi-
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-
talis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.
t prudentiæ propria indoles, ut minorem ipsius
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse
yficæ non competit definitio Artis. Erg. Major
itio generis competit speciei generi subjectæ, quia
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor
one artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-
ffe ctivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-
theor. transc. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-
yfica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-
es habitus practici: Forsan species alicui compe-
genus illius speciei? quod ego non crediderim,
omo sit & non animal. Hæc ille. Artem contem-
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor.
p. 20. proclamamus σιδυρόξυλον. Nec juvat eum
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.
b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver-
a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta
l ideò non possit esse gens Metaphysicæ, quia
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic
æ constituere nequeat, quia præcisè Principia
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-
a. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3

ior